



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XLIII. Epistola Conradi Episcopi Passauiensis ad Abbatem Admontensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Domino meo Brunone Episcopo, pro me agente, fraternitatem ab ipsis accepi, sicq; cum Domino Brunone, Decano, aliisq; Dominum meum Episcopum reuisi. Vbi ipse tam suas literas, quas vobis, vel sororibus remiserat, quam vestras & sororum sibi pro me directas in conspectu omnium applaudentium recitari fecit, multaque mihi & pro me benignè locutus me à se piissimè dimisit.

Restat ergò, ut quæ orationum vestrarum præeunte interuentu, bono circa me inchoata sunt principio, orationum vestrarum nihilominus prosequente commeatu, meliori consummentur termino.

De cætero literas, quas mihi transmisstis, Domino meo Episcopo ostendi, quæ tam ipsis, quam Domino Brunoni, & aliis valde placuerunt, quæque cordi meo & memorie iugiter insidebunt. De Fratre Adelberto, quam benignè tecum fuerit, de Ratolfo, quam studiosè mihi seruierit, paternitatē vestræ notum facio; & ut tam ipsis, quam & Vueziloni pro me vices rependatis, suppliciter obsecro. Salutat vos Domina Abbatissa de Bergen cum suis omnibus. Salutat vos Domina Abbatissa de Babenberg, & Domina Palatina cum suis omnibus. Dominum Priorem & Fratres omnes interiores & exteriores pro me salutate.

## XLIL

*Epistola Conradi Episcopi Passauensis ad  
Abbatem Admontensem.*



ONRADVS DEI GRATIA, Passauensis Ecclesiæ siquid est, Domino G. Admontensi Abbatii, nomen & meritum monastice religionis obtinenti, nec non & vniuersa congregatiōni sub obedientia sua Dabo militanti debitæ orationis affectum, & frequens atque fraternum obsequium. Non spe cuiusdam importunitatis, sed fiducia Domini, & verè charissimæ vestræ charitatis animati, adhuc de media nocte ad ostium vestrum non pro panibus, sed pro illo, qui panem frangat esurientibus, fiducia-

Rr 3

liter

liter pulsamus, petendo petentes, ut tandem aliquando nobis aperiatis, & ad fructificandum in horto nostro plantam, quam desideramus, personam videlicet Domini Rab. non nobis, sed D E O in salutem animarum multarum transmittatis. Siquidem priore cassato labore, pro obtinendo Fratre Irmberto, ne adhuc nos & Ecclesia nostra in Chremesmunsture videremur de consolatione vestra in tanta necessitate nostra dubitare; electus est, & conlaudatus ab vniuersis iam dicti monasterij & Fratribus & Laicis, & vniuersa loci familia consentientib' Dominus & Frater Rab. adeò consonè, ore omniū & corde, quod nec vna persona defuerit, quæ, more solenni, sicut & vobis electionis modum transmisimus, in Dominum & Abbatem, illum spontè non elegerit.

Proinde, et si in priore negotio, & electione illius persona Babebergensem Ecclesiā attentius quam nos ē vicino pulsantes exaudistis; adhuc tamen, adhuc de cætero, de vobis bene sperare, & sperata, & rogata impetrare à nobis non abstulisti.

Vnde rogamus sanctitatem & vniuersitatem vestram in Domino, quatenus & me, & electores personæ illius vnamiter exaudire dignemini. Et, ne excusationes denegandi, quod petimus, nobis rescribatis, voluntatem D E I, & Ecclesiæ consuetudinem, & iustitiam in electione & petitione nostra præhonorandam, & Fratrum necessitati condescendendum non ambigatis. Ad irrigandam ergo prænominata congregacionis nostræ ariditatem, hortum conclusum, fontem signatum in charitate dignemini discludere: quia ut emittatur porta quam petimus, & ex ea diffundantur aromata, quæ cupimus, clamare millies, aperite nobis, aperite, non cessamus.

XLIV.  
Epistola Cōuentus Cremsmunsteriani ad Abbatem Admontensem.

**R**eucrendo Domino suo G. Venerabili Patri multum gentium, nec non vniuersæ sanctæ congregatiōni